



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Directorivm Ecclesiasticae Disciplinae, Coloniensi
praesertim Ecclesiae accommodatum**

Frangipani, Ottavio Mirto

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 F 2269

De Sacramento Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62032)

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CVM Ordinis Sacramentum ad purgandum, illumi-
nandum, & perficiendum hominum animos, atq; ad
regendam vniuersam Ecclesiam à Christo Domino fue-
rit institutum; vt qui eo iniantur pro auctoritate & ex-
cellētia gradus, atq; Ordinis sui, Ecclesiæ vtilitatem, san-
ctitatem, & pulchritudinem quærant, & promoucant, o-
mniaq; quæ his aduersantur, ab ea excludant, & procul
abigant: ad stabilem atq; diuturnam Ecclesiastici Ordinis,
adeoq; totius Reipub. Christianæ reformationem ne-
cessarium est vt maxima in hoc Sacramēto cautio adhi-
beatur, nec alij ad sacros Ordines admittantur, quàm qui
singulari vitæ probitate, ac sūfficienti eruditione, nomi-
ni ac vocationi suæ satisfacere, Ecclesiæq; sanctitatem &
pulchritudinem, lumine suo illustriorem facere, & ve-
lint, & possint. Quamobrem maximè sollicitos & vigi-
les esse volumus Episcopos, & eorum Archidiaconos at-
que Officiales, aliosq; Ecclesiarum Prælatos & Pastores;
vt quæ de hoc Sacramento ad populi, & ordinandorum
instructionem, in Catechismo Romano tradita sunt, po-
pulo tradant; quæq; in sacris Concilijs, ac Canonicis san-
ctionibus, de eo sunt præcepta, ea & ipsi religiosissimè
custodiant, & ab alijs omnib. religiosè custodiri faciant;
præcipuè hæc, quæ partim ex Concilio Tridentino; par-
tim ex Prouincialibus & Synodalibus Prouinciæ ac Dico-
cesis Colonien. Constitutionibus recensemus, & omni-
bus seruanda publicamus.

2. Quoniam plerumque pro meritò populi disponi-
tur Ordinandorum electio; semper Dominico die sa-
cræ Ordinationem proximè præcedente, vniuersus
populus à singulis Concionatoribus commoneatur; vt
ieiunijs, quæ ex vetustissimo Ecclesiæ more ante ordi-
nationem præmittuntur, & pijs sanctisq; precationibus,
toto corde ad Deum conuertatur, suaq; humiliatione,
& con-

*D. Dionysius
Areopagita
De Ecclesi-
stic. Hier. ca.
5. part. 1. Di-
onysii PP.
1. ad Seuerū
Episcopum.
ep. 2. Bonifa-
cius PP. 2.
epist. 2. ad Eu-
laliū.
Concil. prou.
sub Hermam
no 5. parte 1.
cap. 27. D.
Leo epi. 87.
Concil. Trid.
sess. 14. in pro-
amio De re-
format.*

*Act. 13.
14.*

& conuersione ab eo impetret, vt Episcopi eorumque affeſſores, & coopitulatores, in examinandis deligendis, & ordinandis Eccleſiæ miniſtris, ſuo rectè perſungantur officio; talesque producendos in meſſem ſuam operarios ſubminiſtret, qui ei ſecundum cor ſuum & animam ſuam, in omni ſanctitate & iuſtitia, omnibus diebus vitæ ſuæ, in munere ſuo ſeruiant.

Con. Tri ſeſſ. 23. c. 4. ca. Final de temp. Ordinand. in 6 Stat. Sifri. cap. 5 p. 4. 38. d. Conc. prou. ſub. Herm. 5 par. 1. ca. 72. 3. Prima tonſura non inſtituentur illegitimo toro nati, & qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, qui que legere & ſcribere neſciant, ac de quibus probabilis coniectura ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

4. Quoniam prima tonſura præparatio quædam eſt, ad Ordines accipiendos, & oſtium ad Beneficia Eccleſiaſtica; diligenter inſtruendi & admonendi illi ſunt, qui Clericali corona inſigniri cupiunt, quid Clerici profiteantur, & facturos ſeſe recipiunt: nihilque minus quàm Clericos eſſe illos, qui beneficijs Eccleſiaſticis ex pauperibus diuites fieri volunt, vel ex diuitibus ditiores; & lucra quæ in ſeculo habere non poterant, in militia Chriſti quarunt; cum Clericorum ſit, ſolo victu & amictu contentum viuere, nihil extra Dominum poſſidere, nihil extra illum quærere, & crucem nudam nudum ſequi.

D. Hieron. in ep. ad Nepotianum. Quæ. 1. à me. D. Proſper. De vita contemplat. libr. 2. cap. 9 10 & aliquot. ſequent. D. Bernard. ep. 2. quæ eſt ad Fulconem Lingonenſem Archidiaconum & Serm. 23. ſuper Cantica. item ſermone De verbis Euangelij Dixit Simon Petrus ad Ieſum Ecce nos reliquimus omnia.

Conci. Tride. ſeſſ. 23. De re form. ca. 5. Conci. prou. ſub Herm. 5. parte 1. ca. 19. 27. Conc. prouinc. ſub Adolpho 3. Medio ſecundo 5. Ad primam tonſuram & minores Ordines promouendi, à Parocho ac Magiſtro ſcholæ, ab ijs quoque, apud quos potiorem vitæ partem tranſegerunt, ac diuerſati ſunt, de doctrina, vita, moribus, ingenio, ac indole bonum teſtimonium habeant, eorumque commendatione, ſe ea voluntate ingenio ac indole præditos doceant, vt non ſuæ commoditatis gratia, ſed Dei tantum cauſa, ad ca-

ad capescendos ordines aspirare credantur, vitaque ac exemplo suo alios ad pietatem & cultum Dei esse pertracturos speretur.

6. Qui ad singulos Ordines maiores erunt assumendi, p̄ mēsem ante Ordinationem Decanum ruralem, cui subiacent, adeant, qui parochō cuius parochiam inhabitant, aut alteri in cuius parochia magis noti sunt (prout ei magis expedire videbitur) committat, vt nominibus ac desiderio eorum, trina denunciatione, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum natalibus, atate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales, clausas & consignatas, ipsam inquisitionem factam cōtinentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat, vel Ordinandis ad eum perferendas tradat.

7. Vt hæc denunciatio, seu inquisitio fructu suo non careat, Pastor vel Sacerdos denunciationem & inquisitionem faciens, eodem tempore populo exponat, quinam sint, qui de iure ad sacram Ordinationem promoueri non possint, vt sunt.

- A.
- 1. Minores natu.
- B.
- 2. Illegitimè nati.
- C.
- 3. Bigami, aut qui viduam habuerit uxorem.
- E.
- 4. Rudes & ignari.
- F.
- 5. Corpore vitiat, insigniter deformes.
- G.
- 6. Serui, qui in aliena sunt potestate.
- H.
- 7. Curia aut ratiocinijs obligati.

A. Ca. In singulis Dist. 77. cap. Nullus de temp. ord. in 6. Concil. Trid. sess. 23. cap. 12.
 B. Ca. 1. De filijs Presbyt. in anti. & in 6. Sixtus V. in conslit. contra illegitimos, ad aliquam religionē transire volentes, cuius initium est. Cū de omnibus. Data apud S. Petrum 1587. 6. Kal. Decem. Pont. Anno 3. Vide supra pag. 118. &c.
 C. Dist. 26. & 34. Titul. De Bigam.
 D. Dist. 34.
 E. Cap. Nullus de temp. ord. in 6. Con. Trid. sess. 23. ca. 4. & 11. dist. 34. ca. Precipimus. cap. Sacerdos.
 F. Ca. Si Euangel. Dist. 55. vide tit. De corpore vitiat.
 G. Dist. 54. per totam. H. Ca. Precipimus. Dist. 34. Dist. 51. ca. 1. 2. & 3. ca. Legē Dist. 53.
 I. 8. Amen.

ca. 1. & 5. pa. 432. c.
 Synod. Dioc. ces. An. 1551. sub Adol. 3. habit. cap. 2. pa. 523. b. c. d. Conci. Trid. sess. 23. cap. 5. Conc. prouin. sub Adolph. 3. Medio 2. ca. Quoniā non oportet. pa. 432. b. c.

Dist. 49. ca. Illiteratos. Dist. 36. F. Ca. Si Euangel. Dist. 55. vide tit. De corpore vitiat.
 G. Dist. 54. per totam. H. Ca. Precipimus. Dist. 34. Dist. 51. ca. 1. 2. & 3. ca. Legē Dist. 53.

sss

I. 8. Amen.

I.

I. Cap. Maritum. Dist. 35. 8. Amentes, morbo caduco laborantes, Energumeni.

K.

K. Ca. Quoniam Dist. 9. Neophyti.

L.

L. Conc. Elibert. ca. si In 10. Olim hæretici aut schismatici.

M.

M. Ca. Maritum. Dist. 35. II. Solemniter pœnitentes.

N.

N. Ca. Innotuit. De eo 12. Furtim per saltum promoti.

O.

O. Dist. 50. ca. 1. & 2. & c. 13. Lapsi post ordinem susceptum.

P.

P. Cap. Quoniam. Dist. 14. Ebrietati, Gule, aut impudicitie dediti

Q.

Q. Dist. 34. per totam. 15. Qui Vxorem adulteram retinuerint cognouerintq; siue scienter siue ignoranter.

R.

R. Conc. Elibert. ca. 30. 16. Qui in adolescētia mœchati fuerint.

S.

S. Ca. Maritum Dist. 13. 17. Vsurarij.

T.

T. Conc. Trid. sess. 14. ca. 7. 18. Qui culpa sua hominem occiderint, aut mutilauerint;

V.

V. Ca. Aliquos. Dist. 51. 19. Imò quisquis per iustitiam, seu iusto iudicio cooperans id fecerit.

X.

X. Ca. Ex tenore. ca. Ad aures de temp. ordi. 20. Alijque criminosi, infames, irregulares, aut quouis alio modo, suspensi, interdicti, aut excommunicati.

Conc. Tride.
sess. 23. ca. 12.
Conc. prouin.
sub Herm. 5.
part. 1. ca. 25.

8. Sine huiusmodi commendatitijs litteris, probatis & eruditionis, à Magistro scholæ ac à proprio Pa ro cho da

cho datis, & testimonio de præmissis proclamationibus, iuxta ordinationem Concilij Tridētini, & Concilij Prouincialis sub Adolpho 3. habiti, nullus ad sacros Ordines admittatur; & quantum uis quis à viris probatissimis valdè commendatus fuerit, etiamsi regularis sit vel sæcularis, Canonicus, Vicarius, aut Clericus, & in monasterio suo à suis Superiorib. vel in Collegio à Decano vel Scholastico Collegij sui, præuio examine ad sacros Ordines iudicatus idoneus, nihilominus ab Episcopo, & Examinatoribus quos sibi adiunget, diligentissimè examinetur, & aliorum testimonio Episcopi & examinerum ab eo assumptorum plus valeat iudicium.

9. Quoniam Apostolo præcipiente, manus citò nemini imponenda est, & ab ordinandorum examine, ordinandorum prorsus pendet electio; cordi illa debent esse Episcopis & Vicarijs, in Pontificalibus, quæ ad examen hoc ritè instituendum, & ad principia sua reuocandum, in Concilijs Prouincialibus sub Hermanno 5. & Adolpho 3. sancita & decreta sunt. Quare, lectioe ita illa cognoscant, ut vsu & obseruatione probent.

10. Examinatores ne à recto deuiant, atq; fauore vel munere corrupti peccent, ad sancta Dei Euangelia iurēt, se munus suum quacunq; affectione seposita, fideliter executores, caueantq; * ne quidquam occasione huius examinis, nec ante nec post accipiant, alioquin Simonie vitium, tam ipsi quam dantes incurrant.

11. Quæ ex antiquis & nouis Patrum sanctionibus de tempore præsentationis & examinis in Concilio Prouinciali sub Adolpho tertio Ordinandis præscripta sunt; Episcopi ac Vicarij in Pontificalibus, alijque examinatores studiosè, magnaque cum diligentia in vsu ac consuetudinem ducant, & non frustra (perindè ac si ista cura ad eos non pertineret) hæc præscripta & toties repetita esse patiantur.

12. Ad examen nulli pateat aditus, quin honesta Clericali

1 Timoth 5.
D. Leo Epist.
87. vide
Gregor magnum
ca. 3. li.
6. comment.
in 1 Reg. Cōcil.
prouinc.
sub Hermā.
5. parte 1. ca.
17. Concil.

prouinc. sub
Adolp. 3. Me
dio 2. cap. 2.
pa. 431. *
Ca. Quando
Dist. 34.

Conc. prouin.
sub Adolp. 3.
Medio. 2. ca.
Mandam^o
vt pag. 432.
c. ca. Quan
do Dist. 24.
Conc. prouin.
sub Herman.
5. part. 1. cap.
22. & 24.
Conc. Trid.
sess. 24. ca. 7.

*Arg. Statut.**VV alrami**cap. 20. pag.**130. b.*** Conc. Trid.**sess. 24. ca. 7.**Concil. prou.**sub Herman.**5 parte 1. ca.**18. 19. 20. 21.**22. Cōc. prou.**sub Adol. 3.**Medio 2. ca.**1. et 2. Syno.**Dioces. anno**1551. sub Adol.**3. habit. ca. 2.**pa. 523. b. c. d.*

cali veste fuerit indutus, & conuenienti, pro Ordinis sui ratione corona insignitus.

13. *In examine omnia diligenter inuestigentur & examinentur, quæ Concilium Tridentinum & Concilia Prouincialia, aliæque Diocesanae Constitutiones, diligenter inuestiganda & examinanda mādauerunt cuiusmodi sunt: Ordinandorum genus, persona, ætas, voluntas, intentio, scopus, fides, ingenium, indoles, institutio, mores, doctrina, titulus siue cēsus, vel Ecclesiasticus vel Laicalis. Et ne quid examinatores eorum fugiat, quæ in examinādis & admittendis hisce, qui ad aliquem Ecclesiasticum gradū, aut Ordinem promoueri cupiunt, consideranda & expendenda sunt; singuli Examinatores instante die Examinis, hæc decreta, & quęcunq; à Concilio Tridentino, tota sessione vigesima tertia, & à Concilio Prouinciali, sub Hermanno quinto habito, nec non à Concilio Prouinciali, sub Adolpho tertio *Medio secundo*, primis quinque Capitibus, atq; in Catechismo Romano de sacro Ordine decreta, tradita, & exposita sunt; ad renouandam memoriam, studiosissimè domi suæ perlegant, eosdemq; libros ipso examinis tempore ante se apertos habeant, ac præcipua examinis capita subindè inspiciant.

*Conc. prouin.**sub Herman.**5. parte 1. ca.**18. Cōc. Trid.**sess. 23. De re**form. cap. 12.**† Conc. prouin.**sub Henrico**ca. 8. pa. 80.**a. Supra eod.**art. 8.*

14. Circa Ordinandorum ætatem seruetur decretum Concilij Tridentini, quod Prouinciale Concilium sub Hermanno quinto habitum, cum hac de re ageret, seruandum esse decreuit; nimirum vt nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante 25. ætatis suæ annum promoueatur. Sciant tamen Episcopi & Examinatores, non singulos in ea ætate constitutos, debere ad hos Ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. *a. Regulares quoq; nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, quemadmodum præscriptum est, ordinentur.*

priui

privilegijs quibuscuq; quo ad hoc penitus exclusis, Si quis autem vel regularis vel secularis, absq; speciali dispensatione Canonica, aut legitima licentia, antè huiusmodi atate, ad aliquè ex sacris Ordinibus se fecerit promoueri, à suorum Ordinum executione ipso iure sit suspensus, & si ea suspensione durante, in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrat, præterq; alias poenas, in tales generaliter à iure inflictas, Beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinent possint iure priuari. Quæ omnia & singula ex constitutione Pij P. P. secundi, etiam in eis locum habere volumus, qui extra tempora, à iure statuta, vel absq; litteris dimissorijs sacris ordinibus se ingerunt.

15. * Ne quis statim à stiuia ad sacros Ordines prouehatur, & qui paulò ante adhuc totus secularis erat, cum scandalo ac offensione populi breui post temporis interuallo, antequam satis probatus sit, Sacerdos ordinetur; ea quæ in sacro Concilio Tridentino sessione 23. cap. 11. 13. & 14. de Ordinibus per temporum interstitia conferendis, & ordinatis in vnoquoq; ordine exercendis ac probandis sancita sunt, eo religiosius & studiosius, Episcopi & Examinatores obseruent, quo neglecta plus damni faciunt, offensionesq; maiores in Ecclesiam inducunt. Eo porro delectu, scientiæq; experimento, ac vitæ merito, alios ad minores Ordines, alios ad Subdiaconatum, Diaconatum, aliosq; ad Sacerdotium admittât, vt à Regulis, iisdem capitibus, à Concilio præscriptis, in alicuius personæ gratiam nequaquam declinēt, nec vnquam, aut regulari aut seculari, ad Ordines suscipiēdos, spe aut pollicitatione maioris eruditionis, vel pietatis, aditum aperiant, quem in examine nondum idoneum inueniunt, aut in his quæ Concilium requirit non satis instructum. Nunquam enim in admittendis & prouehendis his, qui ad Ordines aspirant, præcipientes esse debent examinatores: quia etsi plures fortè inuenient, qui ad susci-

Sfs 3

piendos

Pij PP. 2. in
cōst. quæ inci-
piit Cū ex sa-
croxū. Data
Romæ apud
S. Petri. An.
1461. 15. Kal.
Dec. Pontif.
sui Anno 4. q̄
innouata est.
per reg. Cæc.
Innocent. 8.
PP. & Ale-
xand. 6. vt
videre est a-
pud Felicia-
nū Episc. Scā-
lēt. in Enchi-
Decret. ca. 14.
De suspens.
Huic Consti-
tutione ac
cōsonum est.
Stat. D. Hēr.
anno 1327.
postvidie
D. Remigij
edit. pa. 98. d.
Et ca. 2. Stat.
D. VV. alr. pa.
110. b.
* Vide Hor.
PP. ep. ad E-
pisc. Hisp. Im-
nocēt. PP. 1.
in ep. 4. ca. 5.
Cælesti. PP.
ep. 1. ca. 2. 3.
Conc. Roma.
sub Nicolao
PP. 1. Nullus
laicus &c.
D. Leo. epist.
87. Syric. PP.
ep. 1. ca. 9. &
10. Zozim.
PP. ep. ad He-
sichium.

1. *Timoth. 5.*
D. Greg. cap.
3. li. 6. in pri-
mum Regū.
Cap. Tales.
Dist. 23. ca. 30.
& 35. Concil.
provinc. sub
Her. 5. par. 1.

piendos Ordines non sunt idonei, qui tamen dignè eos suscipere queant, eis deesse non possunt, præstatq; paucos habere Ecclesiæ ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue adducant Examinatoribus, ordinatori, & Ecclesiæ.

Stat. Sifridi,
ca. 9. pa. 44.
b. Conc. prou.
sub Herm. 5.
par. 1. cap. 26.
D. Greg. par.
1. pastorali
ca. 11.

16. Quoniam crebrò compertum est, nonnullos ad sacros ordines, tanquam ad rem prophanam, aut externam dumtaxat cæremoniam, sine vlla religione aut pietate, illotis quod dici solet manibus accedere nouoq; ac maximo scelere, quo sese peccati alicuius mortiferi conscij obstringunt, vniuersam Ecclesiæ perturbare. Statutum D. Sifridi (quod omnes Clericos sacris initiandos, Pœnitentiæ Sacramento conscientiam suam purgare voluit, & ieiunos ad sacros Ordines suscipiendos accedere) innouantes statuimus; vt ordinandi tam regulares quam sæculares, præter alia testimonia, quæ Examinatoribus exhibenda præscripsimus, ab aliquo Confessario approbato, testimonium obsignatum adferant, quo probent se intra proximis quatuordecim dies confessos esse, & beneficium absolutionis obtinuisse. Confessarijs autem omnibus iniungimus, ac in virtute obedientiæ præcipimus, vt nemini sacris Ordinibus initiando huiusmodi testimonium dent, nisi eius conscientiam bene perspexerint, & quem non solum à Superioribus, parètib; amicis, aut alio aliquo, ad suscipiendos Ordines non coactum, aut alias non inuitum, aut non renitentem: sed tota voluntate sinceroq; affectu, sacram hanc promotionem, vehementer desiderare cognouerint, eamq; magna cum ædificatione, ac vtilitate Ecclesiæ iudicauerint eum posse exercere. Quod vt legitimè fiat, nihilq; prodatur, quod ad sigillum confessionis pertinet, hæc testificationis huius forma erit. *Anno 1594. 20. Martij Ego A. in tem- plo B. audiui confitentem peccata sua, & sacramentaliter absolui, C. ad sacrum, D. Ordinem aspirantem, eumq; in illis qua capi- se 22. & 23. Concilij Provincialis sub Herman. 5. habiti, et g. in his qua*

his qua articulo (Quoniam crebrò) titulo de Sacramento Ordinis in Directorio Ecclesiastica Disciplina, Ecclesie præsertim Colonienfi accommodato, præscribuntur, examinaui, et q; ex sanctione eiusdem articuli, sine vlllo conscientia mea grauamine, hoc testimonium dare posse iudicaui. Loco A. ponat Cōfessarius nomen & cognomen suum, nec non titulum officij aut dignitatis suæ, atq; nomen Ecclesie cui inseruit, Loco B. scribat Ecclesie nomen, in qua audita est Confessio. Loco. C. nomen atque cognomen ordinandi, quē audiuit; Loco verò D. Ordinem ad quem aspirat.

17. Tituli quoq; ordinandorum, prout cap. 30 Concilij Prouincialis sub Hermanno Quinto habiti præcipitur diligenter discutiantur, nec quis deinceps Clericus sæcularis quamuis aliàs sit idoneus, moribus, scientia & ætate, ad sacros ordines promoueat, nisi prius legitime constet eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficij titulum sit promotus, neq; ea resignatio admittatur, nisi constito quod aliunde viuere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinētes, ordinari post hac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos, pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum: eo quoq; prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem, verè ab eis obtineri, taliaq; esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atq; illa deinceps sine licētia Episcopi, alienari aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliudè habeāt, vnde viuere possint; antiquorum Canonum pœnis super his innouatis.

18. Tituli igitur Patrimoniales & beneficiales sint in posterū viginti vt minimū florenorum aureorū Rhenensium, onerib; deductis, nec vllus eorū, nisi visis litteris, in debita forma expeditis admittatur, & qui huiusmodi titulo

Concil. prouinc. sub Hermanno 5. parte 1. cap. 2. Statut. VII ab rami, cap. 1. pa. 110 Conc. Trid. sess. 21. ca. 2. De reformat. Statut. VII ab rami cap. 20. pa. 129. d. 130. a. b.

titulo ad Ordines promouebuntur, hoc praestent iuramentum. Ego N. iuro quod in acquisitione bonorum meorum patrimonialium, ad quorum titulum sum promouendus ad sacros Ordines, nulla fraus, aut dolus intercessit, quodque illa verè possideo, neque in posterum directè aut indirectè alienabo, nisi fuerit mihi de Beneficio Ecclesiastico aequè sufficienti prouisum, quo casu id ipsum non faciam sine consensu mei Episcopi, in literis ipsius alienationis specialiter exprimendo, Beneficium autem, quod in dicti tituli mei locum successerit, sine simili consensu non resignabo. Ita me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Ca. 121 Conc. Aquisgran. sub Ludoic. Imp.

19. Cum de titulo Ecclesiastico diuitibus ferè melius solet esse prospectum, quàm pauperibus, & contra inter pauperes frequenter aliqui inueniantur scientia & moribus, ad Ordines suscipiendos magis idonei, quàm plerique diuites: nullus admittatur ad suscipiendos sacros Ordines, qui præter Beneficium, quod ad eius vitam honestè sustentandam sufficit, aliud quodcunque Beneficium Ecclesiasticum habet, aut qui, si vnum illi, ad vitam honestè sustentandam non sufficiat, aliud præterea incompatible, sine legitima dispensatione Beneficium obtinet. Quod si verò quisquam, illud se legitima dispensatione obtinere dicat, eandem ostendere cogatur.

Conc. prouin. sub Herm. 3. par. 1. ca. 29.
 Conc. prouin. sub Adolp. 3. Medio 2. ca. 3. & 9. Cõcil. Trid. sess. 23. cap. 8.
 Ca. 11. sess. 7. Cõ. Trid. in Synod. Diocesana anno 1551. sub Ad. 3 public. pag. 5. 2. b. es Cõc. Trid. sess. 14. ca. 2 & 3.

20. Vnusquisq; à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cniusuis generalis aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur, nisi primum à suo Episcopo probetur, & examinetur, & illius testimonio, examinati & probati probitas ac mores commendentur, si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quam diu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus, & facultates de promouendo à quocunque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari non possint, in

litte-

litteris expressam: & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diocesi residēte, & diligētī prauio examine.

21. Episcopus familiarem suum non subditum, ordinare non possit, nisi per triēnium secum fuerit commoratus; & Beneficium quacunq; fraude cessante, statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacunq; etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

*Conc. Tride.
sess. 23. de re-
form. ca. 9.*

22. Abbatibus, ac alijs quibuscūq; quantumuis exemptis non liceat in posterum, intra fines alicuius Diocesis consistentibus, etiam si nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus non sit, tonsuram vel minores Ordines conferre, nec ipsi Abbates & alij exempti, aut Collegia vel Capitula quacunq; etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias, alijs quibus Clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur, concedant; sed horum omnium ordinatio, seruatis omnibus, quæ in Decretis sacrosanctæ Tridentinæ synodi continentur, ad Episcopos, intra quorum Diocesis fines existant, pertineat: non obstantibus quibusuis priuilegijs, præscriptionibus aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Ibid. cap. 10.

23. Pœnam impositam ijs, qui contra eiusdem sanctæ Synodi, sub Paulo 3. Decretum, à Capitulo Episcopali, sede vacante, litteras dimissorias impetrant; ad illos, qui easdem litteras non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis, in iurisdictione Episcopi loco Capituli, Sede vacante, succedentibus obtinerent, ab eadem Synodo, publicamus esse extensam. Concedentes autem dimissorias, contra formam decreti, ab officio & Beneficio per annum sint ipso iure suspensi.

*Sess. 7. De re-
form. ca. 10.*

24. Omnes qui ordinantur, quocunq; titulo ordinandi sunt, alicui Ecclesiæ statim ascribantur, vbi suis fungantur muneribus, nec incertis vagentur sedibus, & in proximi Ordinis susceptione, examinentur singuli, nū in ijs Ecclesijs quibus ascripti fuerint, suas functiones obierint.

*Conc. Tride.
sess. 23. ca. 16.
De reformat.
Concil. Chalcedon. ca. 6.*

25. Pridiè eius diei quo Ordines conferendi erunt, ordinator, vel eius nomine ac iussu, alius quisquam Sacerdos doctus ac grauis, ordinandos omnes ac singulos, simul congregatos, eorum admonerat, de quibus, illos Cōcil. prou. sub Herm. 5. habitū ca. 26. * & synodus Diceces. A^o 1551. sub Adol. 3. acta ca. 2. diligenter commonēdos esse voluit, præcepit. ac mādauit; planissimeq; exponat, omnes eos qui sacris Ordinibus initiandi sunt, solemne perpetuæ castitatis votum facere, ac Sacerdotes corporali iuramento se obstringere, quod Episcopo, ad cuius Parochiam ordinandi erunt, secundum iustitiam ac ministeriū suum, obediētes ac consentientes esse velint; i- deoq; se ipsos diligenter explorent, & excutiant, neq; ad suscipiēdos Ordines reuertantur, quin sentiāt & sperent, atq; ad eō coram Deo certissimè constituant; se Deo adiutore, perpetuò continere posse & velle, atq; obediētiā, quā iureiurando Episcopo suo promittent, se per gratiā Dei, omni mūdano timore postposito, præstituros & exhibituros, omniaq; mala forti cōstātīq; animo (prout Sacerdotes Dei altissimi decet) potius esse passuros, quā malo cōsensuros, & Spiritui sancto mēituros, confidāt.

† Vide supra
tit. eod. artic.
14. Cōc. Trid.
sess. 23. de re
form. ca. 24.
Stat. Sifr. ca.
9. p. 44. b.
Cōc. Tride.
ib. ca. 6. Boni
facius viij.
in 6. De Cle-
ricis coning.
ca. Clerici
qui vnicis.
cap. Quoni-
am de vita
& honestat.
Clem. lib. 3. in
Clem.

† 26. Et ne quis incaut^o peccet, ac cēsurarū Ecclesiasticarū vinculis, per Ordinis susceptionem se imprudens inuoluat, impedimēta, quæ à sacri Ordinis susceptione ordinādos, sacra præceptione prohibēt, eis recēseat, ac præsertim ipso iure, sine vlla exceptione suspēsos esse declarat, quicūq; vel regularis, vel secularis absq; speciali dispensatione Canonica antè legitimā etatē, vel absq; litteris dimissorijs sui ordinarij (si qui fortè alterius fuerint Dicecesis) vel per saltū ad aliquē ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri; & si ea suspēsiōne durāte, sacris ministerijs se ingesserint, eo ipso irregulares factos esse.

27. Denūcient præterea omnibus, nullū fori priuilegio gaudere posse, nisi habitum & tonsurā deferat Clericalē.

28. Deniq; cum sub pena suspensionis & excōmunicatiōnis

* Parte 1.
Pag 346.
Synod. Dice-
cesan. sub A-
dol. 3. an. 1551
habita cap.
pag. 523. b. c.
d. 524. a. b.
Ca. vnicō De
voto & voti
redempt. in
6.

Vide Concil.
Tolet. 4. ca.
26. & Conc.
Igle. 11. ca. 10.

tionis à Sifrido præceptum sit, ne quis ad sacrum Ordine præficiendus Ordine suo suscepto recedere audeat, priusquam sacro Missæ officio absoluto, dataq; vltima benedictione, abeundi licentia facta sit: illudq; præceptum in omni ordinatione publicetur: huius etiam rei pridè ordinationis, ordinandos omnes præmonitos esse volumus, atq; ipso ordinationis die, factò silentio publicationem hanc, tam clara ac intelligibili voce fieri; vt nullus inexcusabilis esse queat.

29. Ipso autem ordinationis tempore, breui ac congrua oratione Episcopus singulos officij ac vocationis sue, rursus grauer admoneat, & ad exequenda illa, que sese facturos & præstituros, solemni professione ac Sacramento receperunt, quæq; à sacris Canonibus ipsis præcipiuntur, atq; ex disciplina Ecclesiastica facere singuli tenentur, eos animet, atq; confortet, vt memores eius quod scriptum est: *Sancti estote quoniam ego sanctus sum*: in quocunq; Ordine fuerint, conuersatione, sermone, & scientia, commissò sibi Dei populo præeant; & iuxta Apostoli vocem, nemini dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei; ne illud prophetæ dictum impleatur. *Sacerdotes Dei contaminant sancta, & reprobant legem.*

30. Illos quibus de Ecclesiasticis Beneficijs prouisum est, omnesq; Subdiaconos, Diaconos, ac Sacerdotes moneat, ad persoluendum pensum precum horarum Canoniarum, astrictos esse; & si id sine iusto ac legitimo impedimento neglexerint, præter peccatum mortale quod faciunt, Beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis officij & temporis, se suos non facere. iisdem porrò mandet, vt in precandi ritu, Ecclesiæ Cathedrali cui subiacent, sese conforment, doceatq; eos non satisfacere, qui alium ab illo legendi ritum seruant, his dumtaxat exceptis, qui sequuntur Breuiarium Romanum, iuxta ea quæ titulo de diuinis officijs, cap. De vniformitate

Stat. Siff. ca.
9. p. 44.

Synod. Dis-
ces. sub Ado.
3. an. 1551. ha.
ca 2. pag. 523.
d.

Leuit. 17.

2. Cor. 6.

Conc. Tride.
sess. 14. in pro-
uicio De re-
form.

Ezech. 22.

Vide supra
tit. De Cano-
nicis. art. Ad
horas pagina
210. 211.

mitate officij à nobis decreta sunt, & si quid præterea Spiritus sanctus suggesserit, corrigendum, admonendū, vel docendum, hoc eo diligentius & lubentius tum faciant, quo auditorum animi; professionis & sacri Ordinis nouitate; ad intelligendam & adimplendam voluntatem Dei sunt paratiores.

31. Ordinationes sacrorum Ordinum, statutis à iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibusq; ad id Ecclesiæ Canonicis, publicè celebrentur; si autem in alio Diœcesis loco, præsentem Clero loci, dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper audeatur.

*Conc. Trid.
sess. 23. cap. 8.
De reform.
* Conc. Trid.
sess. 21. ca. 1.
Causa 1. qu.
per totam.*

32. * Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcunque Ordinum, etiam Clericalis tonsuræ; nec pro litteris dimissorijs; aut testimonialibus; nec pro sigillo, nec alia quacunq; de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi & alij Ordinum collatores, aut eorum ministri quouis prætextu accipiant. Notarij, verò seu scribæ in Diœcesi Coloniensi, ex decreto Concilij Prouincialis sub Hermano Quinto habiti, vnum dumtaxat album accipiant, in alijs verò eiusdem Prouinciæ locis, sicubi non viget laudabilis consuetudo; nihil accipiendi, decimam tantum vnius aurei Rhenensis partem accipere possint.

*Concil. prou.
sub Herm. 5.
par. 1. ca. 28.*

*Stat. Henri.
Anno 1330.
edita. cap. 9.
pa. 102. d.
Supra tit. De
Decani ruralibus art.
Ne quis va-
gus. pa. 195.*

33. Ne quis fingat se esse in aliquo ordine, in quo non sit; singuli tam regulares quam sæculares Ordinis, quo initiati sunt, litteras, quæ formatae vulgò dicuntur, ab Ordinatore suo accipiant, aliàs vt in superioribus statuimus, ab ignotis non admittantur.